

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 9636

**Auteur(s)** : Henri II, Bayeux (évêque)

**Bénéficiaire(s)** : Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1170-1205]

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Henri [II], évêque de Bayeux, concède et confirme les donations faites par Robert de Saint-Rémy et par sa fille Julienne de Saint-Rémy aux moines de Notre-Dame d'Aunay[-sur-Odon].

## Tableau de la tradition

### Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H727.

### Éditions principales

a. Dupuy Hubert, *Recueil des actes des évêques de Bayeux antérieurs à 1205*, Thèse, École des Chartes, 1970, 2 vol. (dactyl.), n° 187.

### Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye d'Aunay », n° 5-236, p. 47.

## Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Henri II, évêque de Bayeux, 1165-1205. Jean, abbé d'Aunay, après 1170 – avant 1201.

Texte d'après A

Henricus Dei gratia Baiocensis episcopus, omnibus sancte matris Ecclesie filiis, eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod Robertus de Sancto Remigio concessit Deo et abbacie Sancte Marie de Alneto et monachis ibi Deo servientibus, pro salute anime sue et patris et matris et omnium antecessorum et successorum suorum, dona que pater suus predictae abbacie fecerat, scilicet omne nemus et prata et dominicucum quod habebat apud Boeleiam et apud Fraisneiam, et mansuram Roberti de Boeleia et mansuram Roberti filii Goceline et mansuram de Maiseriis et duas garbas decime de toto feodo Havis de Maletot. Dedit etiam ipse Robertus post obitum patris sui pro anima ipsius unam mansuram quam habebat in Torigne juxta ecclesiam Sancti Laurentii et unum censarium apud Boeleiam, qui reddebat ei annuatim pro duabus acrais terre .XVIII. denarios et unam minam avene. Dedit preterea predictae abbacie mansuram de Caperoneria et mansuram de Chef de Bof et dimidiam mansuram de Cauchekeneria in qua participabat Willelmus Caucheken, quam mansuram simul et dimidiam

monachi emerunt de heredibus Huberti fabri. Concessit etiam predictae abbacie locum Sancti Hilarii de Granavilla cum .XL. acris terre infra quas continetur clausum de Curta Londa et cultura de Hulmello et de proprio blado quietam molturam, et ecclesiam Sancti Stephani de Grainvilla cum omnibus pertinentiis suis dedit et culturam que adjacet Curte Londe. Hec autem omnia libera et quieta ab omni consuetudine et servicio et exactione et auxilio in puram et perpetuam elemosinam dedit et concessit. Sciendum etiam quod si aliquis de terra sua, que de feodo ipsius est, predictae abbacie dederit, salvo jure suo et dominorum suorum illud concessit. Juliana autem de Sancto Remigio, filia jam dicti Roberti de Sancto Remigio, dedit in puram et perpetuam elemosinam monachis de Alneto assensu et voluntate Roberti patris sui pro anima sua et Cecilie matris sue et Roberti fratris sui et omnium antecessorum et successorum suorum apud Furnigneium terram valentem .I. modium frumenti et .I. modium ordeï et .VIII. minas avene cum regardis hominum predictam terram tenentium. Et notandum quod talis conventio facta est inter supradictum Robertum et dominum Johannem, abbatem de Alneto, et monachos ejus quod abbas et monachi de Alneto de seculo .IIIor. clericos ad religionem suscipient et pro se ipso et suis monachos facient, et hec omnia supradicta apud Alnetum recipient et possidebunt donec processu temporis, Domino disponente, heredes sui possint abbatiam competenter et sufficienter construere in loco qui dicitur Boeleia et hoc consilio et providentia Baiocensis et Constantiensis episcoporum et trium Cisterciensis ordinis abbatum et trium Normannie baronum et quando hoc fiet tunc abbas et conventus de Alneto abbatem et conventum ad locum qui dicitur Boeleia, Deo auxiliante, destinabunt et omnia supradicta ad eundem locum pertinentia, abbati et monachis de Boeleia ex integro relinquent perpetuo possidenda. Igitur quia breves dies hominis sunt et malicia hominum crevit super terram et a memoria cito possunt deleri ea que scripture testimonio non traduntur, dignum duxit ista omnia scripto mandare et sigilli sui attestacione cum subscriptis testibus confirmare. Richerio de Conde, Willelmo de Capella, sacerdotibus, Petro de Lambervilla, Durando filio Tei, Willelmo de Faganella, Roberto de Vilerbardon, Henrico de Columbers. Quod ut firmum et stabile in perpetuum habeat et nullatenus valeat irritari, sigilli nostri munimine et sigillo Baiocensis capituli communimus, salvo per omnia et in omnibus jure ecclesie nostre Baiocensis et episcopalibus consuetudinibus. Testibus his, Bernardo, abbate de Valle, Henrico Baiocensi cantore, Roberti Bernardi archidiacono, Roberto Bouet, Petro de Lambervilla.